



Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. IV. An si Spiritus Sanctus à Filio non procederet, ab eo
distingueretur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

ad particulares tantummodo Episcopos & Clericos spectare, non ad Pontificem & Concilia, par enim in parem non habet potestatem.

SECTIO TERTIA.

Alia quedam de tertiâ Trinitatis Personâ: Vbi an Pater & Filius diligant se Spiritu Sancto.

I. PRIMò hic recolendum, quod suprà Disp. 52. sect. 2. num. 8. insinuavi, spiritum Sanctum scilicet per se & essentialiter ad sui productionem petere duo supposita, seu duas Personâs spirantes, ut contra Durandum & alios nonnullos communis asserit Theologorum sententia. Ratio est, quia est amor mutuus Patris ac Filii, seque inftar nexus habet, & cujusdam inter eos Vinculi.

II. Hoc tamen non obstante, ut suprà etiam ostendimus, Pater & Filius respectu Spiritus Sancti sunt unus tantum spirator, ut expressè habetur, in Concilio Lugdunensi & Florentino, ubi definitur Spiritum Sanctum à Patre & Filio procedere tanquam ab uno principio. Cujus ratio est, quia virtus spirativa, quæ importatur in recto, est omnino eadem in utroque. Imò & Relatio spirationis activæ, per quam respiciunt Spiritum Sanctum, non est duæ partiales relationes, sed una simplex, quamvis à Paternitate & Filiatione realiter non distinguitur, cum Pater & Filius in ratione principii Tertie Personæ, inter se non opponantur, sed tantum cum Spiritu Sancto, & spiratione passivâ: quæ fusiùs declarata sunt suprà, Disputatione 52. sectione tertiâ, numero præcipue sexto.

III. Quoad secundum in titulo propositum, utrum scilicet Pater & Filius diligant se Spiritu Sancto, magna lis est inter Auctores de questione merè de nomine: in re enim omnes conveniunt, Spiritum Sanctum quoad notionale quod dicit, non esse propriè amorem, sicut nec Filius per relationem Filiationis formaliter intelligit, sed per intellectiorem essentialem, omnibus tribus Personis communem.

IV. Dico itaque cum Suarez hic, libro undecimo, capite tertio, numero quinto, dictum hoc sumi debere specificativè, ut sensus sit, diligunt se amore, qui est Spiritus Sanctus, amore scilicet essentiali realiter cum Spiritu Sancto identificato, eique à Patre & Filio per productionem communicato: sicut etiam hoc sensu dici posse videtur Patrem esse sapientem Sapientiâ genitâ, specificativè nimirum sumptâ, ut sensus sit, esse sapientem sapientiâ cum Filio realiter identificatâ: quavis hæc locutio non sit usurpanda.

V. Nulla verò auctoritas nos cogit ad dictum hoc in alio sensu intelligendum: hæc enim verba, ut sonant, nempe Pater & Filius diligunt se Spiritu Sancto, nec in S. Augustino; nec ullo alio ex sanctis Patribus reperiuntur: solum enim lib. 6. de Trin. capite quinto, ait S. Augustinus Spiritum Sanctum esse amorem, quo genitus à genente diligitur generatoremque suum diligit; quæ verba optimè ferunt sensum, numero præcedente positum, de amore scilicet essentiali. Imò S. Augustinus negare potius videtur Patrem & Filium amare se Spiritu Sancto, notionaliter sumpto,

cum hanc propositionem Pater est sapiens Verbo seu sapientiâ genitâ, quam libro 83. Questionum, quæst. vigesima-tertiâ, docuerat, postea libro 1. Retractionum, cap. 20. retractet; quæ tamen similis planè videtur huic, Pater diligit amore producto, seu Spiritu Sancto. Ex quibus à fortiori sequitur Patrem & Filium non hoc sensu amare creaturas.

Si quis tamen defendere velit, Patrem & Filium, non amore tantum essentiali, sed etiam notionaliter diligere se Spiritu Sancto, dicere poterit, eos in tantum hoc modo se Spiritu Sancto diligere, in quantum eum tanquam terminum, & veluti unionem inter se affectivam producant: qui enim amant, affectu inter se conjunguntur, sicque Pater & Filius Spiritu Sancto veluti termino à se per amorem producto uniuntur, adeoque non per dilectionem tantummodo, sed per terminum etiam dilectione productum conjunguntur: sicut duæ naturæ in Christo, non per unionem tantum hypostaticam, sed per ipsam subsistentiam Verbi inter se uniuntur. Hoc sensu Spiritum Sanctum vocant Patres, Patris & Filii vinculum, unitatem, & nexum per quem, non informativè, sed terminativè inter se conjunguntur.

Alia dicti hujus explicatione Pater & Filius diligunt se Spiritu Sancto, videri possunt apud S. Thomam primâ parte, quæstione trigesima-septimâ, articulo secundo, & Richardum de Sancto Victore in Tractatu quodam de variis difficultatibus ad D. Bernardum. Dici tamen nullo modo debet, Pater & Filius spirant se Spiritu Sancto; ex communi enim usu & acceptione hujus vocis spiro denotaretur eos seipsos producere, quod per vocem diligo non denotatur.

SECTIO QUARTA. An si Spiritus Sanctus à Filio non procederet, ab eo distingueretur.

SECTIO QUARTA.

An si Spiritus Sanctus à Filio non procederet, ab eo distingueretur.

PLURIMUM ad Græcorum errorem confundendum conducit hæc quæstio: si enim ostenderimus; ipso facto quod Spiritus Sanctus à Filio non procedat, ab eo non distinguendum, sequitur apertè falsam esse Græcorum sententiam, Spiritum Sanctum à Patre tantum, non à Filio procedere asserentium; ex hac quippe sequitur duâs solummodo esse in divinis Personas, & consequenter destrui Trinitatem.

Tres hac de re diversæ sunt Theologorum sententiæ: Prima est Henrici Quodlib. quinto, quæst. nonâ, quam etiam acriter defendit Scotus cum suis in primo, distinct. undecimâ, quæst. 2. Hi asserunt adhuc in hoc casu Spiritum Sanctum à Filio distinguendum.

Secunda, eaque communis sententia negat Spiritum Sanctum, hac posita suppositione, fore à Filio distinctum: ita S. Thomas 4. contra Gentes, capite 24. & hic, quæstione trigesima-sextâ, articulo secundo, quem ejus discipuli sequuntur. Idem docet S. Bonaventura, Durandus & alii. Eandem sententiam tenent nostri communiter, Molina, Valentia, Suarez, Vasquez, Tannerus, Arriaga, P. Vekenus hic, Disput. 37. cap. 3. & alii.

Quid essendum sit de amore creaturarum.

VI. Quo sensu Pater & Filius diligant se Spiritu Sancto notionaliter.

Non per dilectionem tantum, sed dilectionis etiam terminum uniuntur.

VII. Dici nequit Pater & Filius spirant se Spiritu Sancto.

I. Ad Græcos confusandos multâ confert hæc quæstio.

II. Prima sententia affirmat eos distinguendos.

III. Secunda sententia est negativa.



IV. Tertia sententia distingueretur, & non distinguenda.

V. Non est in hoc casu supponendum Filium & Spiritum Sanctum esse eosdem manuferos, qui modò sunt.

VI. Status praesentis controversia.

VII. Si Filius Spiritum Sanctum non produceret, ab eo non distinguatur.

Hoc solo numerum insinuant, quod ad invicem sint.

VIII. Non distinguendum in hoc casu Spiritum Sanctum ex Filio nequaquam procedere, necesse est ut intelligant Spiritum Sanctum à solo Patre procedere, & consequenter non esse Filium; hoc est nullum in divinis esse Filium, utpote qui non esset productivus amoris, seu Spiritus Sancti. Confirmatur: ideo enim Paternitas & spiratio activa inter se non distinguuntur realiter, quia nulla inter eas est oppositio, seu quod una ab alia non procedat: ergo idem erit de relatione Verbi & amoris, si una aliam non producat.

VIII. Ad distinctionem non sufficiunt relationes disparatas.

Relationes disparatas, quae tales, sunt absolute.

Tertia sententia duas praecedentes conjungit, atque posita hac hypothese impossibili, quod scilicet Spiritus Sanctus à Filio non procederet, utrumque sequi, cum scilicet à Filio distinguendum, & non distinguendum: ita Melchior Canus & alii quidam Recentiores; quam etiam sententiam amplectitur Granado hic, Tract. 10. Disp. 7. num. septimo.

Quaestio hujus resolutio ex eo pendet praecipue, ut recte ponatur suppositio. Non ergo supponendum est, datà illà hypothese, eundem numero futurum Filium & Spiritum Sanctum, qui modò sunt: est enim hac suppositio implicatoria in terminis, essent namque idem Filius & Spiritus Sanctus, & non essent; essent ex suppositione; & ex eadem suppositione non essent, cum supponatur Filium non habere virtutem spirandi, & Spiritum Sanctum non habere eandem spirationem passivam: ergo non haberent eadem praedicata intrinseca & essentialia, quae nunc habent, sicque non essent iidem qui modò sunt. Haec proinde suppositio non esset absimilis illi, qua quis supponeret aliquem manere eundem hominem, & non esse rationalem. De alio itaque Filio & Spiritu Sancto procedit quaestio, non utrum mansuri sint iidem qui modò sunt.

Dico itaque cum Auctoribus secundae sententiae, Spiritum Sanctum, si à Filio non procederet, ab eo non distinguendum. Ratio praecipua hujus Conclusionis est commune illud Theologorum dictum, *In divinis omnia sunt unum, ubi non obviat Relationis oppositio*; sed in eo casu nulla inter eos esset relationis oppositio: ergo. Consequentia est clara, minor etiam constat; omnis siquidem relationis oppositio in divinis fundatur in origine, seu ut una Persona procedat ab alia, juxta illud Concilii Toletani II. *Hoc solo numero insinuant, quod ad invicem sint*; hoc est per relationes oppositas. Major, praeterquam quod, ut dixi, sit communis sententia Theologorum, magnum habet in Patribus fundamentum: Sanctus enim Gregorius Nyssenus in Oratione *Tres Deos dicere non oportere*, circa finem, expressè asserit Personas in divinis non distingui, nisi quia una procedit ab alia. Idem non semel docet S. Augustinus lib. secundo de Trin. cap. II. & lib. 5. ferè per totum.

Hoc etiam meo judicio apertè traditur in Concilio Florentino, ubi Latini Patres in literis ad Graecos missis, sic habent: *Nam credentes Spiritum Sanctum ex Filio nequaquam procedere, necesse est ut intelligant Spiritum Sanctum à solo Patre procedere, & consequenter non esse Filium*; hoc est nullum in divinis esse Filium, utpote qui non esset productivus amoris, seu Spiritus Sancti. Confirmatur: ideo enim Paternitas & spiratio activa inter se non distinguuntur realiter, quia nulla inter eas est oppositio, seu quod una ab alia non procedat: ergo idem erit de relatione Verbi & amoris, si una aliam non producat.

Hinc solvitur quod quidam respondent, eos scilicet in illo casu distinguendos per relationes disparatas. Contra hoc inquam est: relationes enim disparatae in divinis realiter non distinguuntur, ut constat in exemplo proximè allato de Paternitate & Spirazione activa. Deinde relationes disparatae, quae tales, sunt absolute; unde sicut propterea Intellectus & Voluntas, & alia attributa, Justitia, Misericordia, &c. non distinguuntur realiter, ita cum Verbum inter & Amorem, nulla in ea suppositione esset oppositio,

non distinguerentur realiter, sicut nec relationes haec disparatae, per quas constituerentur.

Ratio autem ulterior est, ad summam enim Dei Unitatem & Simplicitatem spectat, ut omnia in eo, quae possunt, identificentur realiter, cum unitas sit de genere boni, & per se loquendo arguat perfectionem: cum itaque relationes istae in hoc casu nullam inter se haberent repugnantiam, seu oppositionem, magis quam intellectus & voluntas; quae etiam habent suas rationes formales sibi proprias, non minùs quam disparatae relationes, haec aequè identificabuntur ac intellectus & voluntas. Unde sicut juxta adversarios in hoc casu esset una tantum Persona priùs origine intelligens & amans, ita una tantum esset Persona, seu terminus productus, qui simul esset Verbum & Amor.

IX. Omnia in Deo identifi- cari debent, inter qua non est repugnantia.

SECTIO QUINTA.

Argumenta contententia, etiamsi Spiritus Sanctus à Filio non procederet, ab eo nihilominus distinguendum.

MULTA & ingeniosa more suo ad hanc suam sententiam probandam obijciunt Scotista. Arguunt itaque primò: Filius in illo casu eandem retineret filiationem, quam modo habet: ergo distingueretur à Spiritu Sancto. Respondetur negando antecedens, juxta dicta Sectione praecedente, numero quinto: filiatio enim, quae modò est, essentialiter petit identificari cum virtute spirandi, quam identificationem, cum in illà suppositione non haberet, careret aliquo praedicato intrinseco, quod jam habet, sicque non esset eadem.

Arguunt secundò: in hac suppositione Filius & Spiritus Sanctus per se distinguerentur, sicut duo homines, Petrus, exempli gratia, & Joannes in creatis. Respondetur divinam perfectionem exigere, ut omnia identificentur quae possunt, juxta dicta Sectione praecedente, numero nono ut videmus in omnibus aliis praedicatis divinis, non absolutis tantum, sed respectivis, Paternitate scilicet, & Spirazione activa, quae quia non opponuntur, identificantur: Duo autem homines, aut res aliae quaecunque creatae nil tale requirunt.

Arguunt tertio: Si Spiritus Sanctus non à Patre, sed à solo Filio procederet, adhuc distingueretur à Patre: ergo licet procederet à solo Patre, & non à Filio, distingueretur à Filio. Respondetur negando consequentiam: disparitas est; cum enim Filius procedat à Patre, eò ipso quod Spiritus Sanctus procederet à Filio, mediatè procederet à Patre, hoc autem ad eum à Patre distinguendum sufficeret. At Spiritus Sanctus in illo casu nec immediatè à Filio procederet, ut supponitur, nec etiam procederet ab eo mediatè: hoc enim modo procedere, est procedere ab aliquo à se producto; Filius autem non producit Patrem: ergo licet in illà suppositione Pater distingueretur à Spiritu Sancto, Filius tamen ab illo non distingueretur.

I. Filius non eandem retineret filiationem, quam modo habet.

II. Aliud est de Filio & Spiritu Sancto, quod ad se distinguuntur, aliud de duobus hominibus.

III. Et si Spiritus Sanctus à solo Filio procederet, adhuc distingueretur à Patre.

Argument